

Annexe

Pépin de Herstal et sa femme Plectrude donnent à saint Bérégise le castrum d'Ambra avec ses dépendances pour y fonder un monastère.

Jupille, 13 novembre 687

MGH. Diplomata I Merovingorum ed. K. Pertz (1872) p. 209.

Chartes de l'Abbaye de Saint-Hubert en Ardenne publ. par G. Kuth (Bruxelles 1903) n° 1.

INCIPIIT EXEMPLAR DONATIONIS CASTRI AMBRA CUM
APPENDICIIS PER PIPINUM HERISTALLUM FACTE

In nomine sanctę Trinitatis. Omnis sublimitas terrena divinę ordinationi omnimodis debet esse subiecta. Eapropter, cum supremus cęli terreque Dominus, qui bonorum nostrorum non eget, mirabili tamen in me bonitate castrum Ambra, Amberlacensis fisci caput, schedula e cęlo prodigiose delapsa in servorum suorum patrimonium dignatus sit eligere, ego Pipinus, illustris Anchisi filius, cum illustri matrona mea Plectrude, notum facio omnibus pręsentibus et futuris quod prędictum ditionis meę castrum, ab Ardenne principatu avulsum, cum limitibus et confiniis infra designatis, ita omnipotenti Deo contradidi, sicut etiamnum in persona venerabilis Beregisi et successorum eius trado, ut nihil iuris, dominii aut cuiuslibet autoritatis mihi aut successoribus meis inibi reservem, quatinus sit solius Dei et ipsius vera possessio ei soli subiecta; eo sane fine ut ecclesia et cellę ibidem incunctanter construantur, ad laudes Altissimi a servis suis die noctuque decantandas. Ut autem hęc mea donatio nulla valeat cavillatione violari, nullo avaritię studio rescari, nulla vi aut malitia perturbari, noverint universi hac donationis karta contineri totum terre tractum constrictum inter lapides, metas et fossas in pręsentia filiorum et procerum meorum designatas: inter divisiones ad meridiem; ad orientem inter Mollem Campellum, Campilonem et Haletum ferreum montem; ad aquilonem inter Nasaniam et Awanam Tabulę fontanam, ad occidentem fluvium Lumnam et rupem Sulmoniensem, scilicet cum banno, omni iusticia, prętoriiis et earum appendiciis, cum omni iure et censu, tam in denariis quam avenis, cum teloneo, mercato et suis appendiciis, cum iure mortimenti, et omnium accolarum advocationis ad fisci dominici opera in acceptę libertatis signum, cum decimis ad me spectantibus et omnibus possessionibus, terris pratis pascuis aquis, cum farinariis, cum silvis villis et villulis, cum mansis